



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Svmma, Sive Avrea Armilla Bartholomæi Fvmi Placentini,
ordinis Prædicatorum, ac hæreticæ prauitatis Inquisitoris**

Fumo, Bartolomeo

Antverpiae, 1570

Immvditia.

urn:nbn:de:hbz:466:1-30427

**Quando autem lex, vel statutū igno-
rantes puniat, vide Panor. in capit. 2.
de constitut. in gloss. fin. Cyn. in l. si
quis non dicam. C. de episcop. & cle-
rcicis.**

ILLEGITIMI.

ILLEGITIMI filii qui sunt, &
quomodo legitimur suprà, Fi-
lius. §. 11. infid. Legitimus. §. 2. Ignor-
antia promotoris, & promoti illegiti-
mi ad ordines, excusat eos. Nam om-
nes illegitimi, mances, spurij, nothi,
prohibentur ordinari. ca. innotuit. de-
lectio. Filii autem sacerdotum geni-
ti antequam pater ordines sacros fu-
sciperet, possunt promoueri ad ordi-
nes quoque & ad dignitates, nisi
in illa ecclesia, in qua patres eorum
fuerunt prelati, vel canopici: secun-
dum Raym. quod intellige adeasdem
dignitates, vel præbendas, quas eo-
rum patres tenuerunt. Ad alias au-
tem etiam in eadem ecclesia poterunt
canonicari, & promoueri, etiam vi-
uentibus eorum patribus, & in ea-
dem ecclesia in officio suo manenti-
bus. capitulo ad hoc, de filiis presby-
terorum. suprà, Beneficium. §. vi-
gesimoprimo. Quomodo cum eo po-
test dispensare Episcopus. suprà, Bene-
ficium. §. 23. usque ad 14. multa ibi
circa huiusmodi dicuntur.

Si quis post contractum matrimo-
nium ordinetur ad sacros ordines,
vixore inuita, vel ignorante, filii erunt
legitimi: secus autem ipsa consentien-
te, vel scientie, & non reclamante. cap-
teriam. d. 32. Et ita iuxta distinc-
tionem hanc, opiniones Ray. & Goffr.
quaे videntur contraria, possunt con-
cordari. Sil. ibi. §. 4.

IMAGO.

MAGINIS cælestibus, siue pu-
tre astronomicis vti, ad effectu quoq-
uam subiectos corporibus cælestibus,
omni remota superstitione: vt sumi-
gationum, characterum, & huiusmo-
di, quæ ad cælestis influxus nil faciunt,
non est peccatum. Huiusmodi enim
characteres, sumigations, &c. ad se-
ceta dæmonum, quarū societas no-

bis prohibetur, videntur pertinere: se-
cundum Caiet. ibi, in summa.

ZVINGLIVS hereticus, & Felicia
nus, dicebant sanctorum imagines de-
stuendas, nec Christianos eis vti de-
bere: sed dico usum imaginū appro-
batum fuisse in concilio secundo Ni-
ceno in Constantinopolano sub Hie-
rone, in alijs tribus concilijs Latera-
nehi, sub Gre. 1. & 3. sub Stephano, &
in cōcilio Francordieci. & fuit dāna-
ta hæc hæresis Feliciana. Nam ima-
gines pinguntur pro idiotis: vt qui li-
teras nesciunt, ibi addiscant, quod imi-
tentur: vi de consec. d. 3. in c. perlatū.
Quomodo autem adorari debeat, su-
pra, Adoratio. §. 6.

IMAGINEs sanctorum non sunt
violande, in dict. ca. perlatū. sed ado-
randæ: ibi, in capitul. venerabilis. Et
prohibitum est eas in terram proster-
nere, lapidibus obruere, & huiusmo-
di, c. si canonici de offic. ordin. libr. 6.

Irreuerentiam enim hoc couinet.

IMAGO Christi non est pingenda
sub forma agni, sed hominis. capitul.
Sanctam synodum, de conse. diffin. 3.
quia præsente veritate, cessare debent
figuræ, quod etiam credit glossa
ibi.

Quomodo imago crucis est ado-
randa. suprà, Adoratio. §. 7. quam
sculpi in marmore, vel lapide in ter-
ra positis, non licet, & videtur morta-
le: quia grauissima pena lex contra
facientes punit. C. nemini lice. sig. sal.
l. vnica. Ideò valde sunt repræhensi-
biles, qui in sepulchris in terra pos-
tis crucis sculpunt. Qua autem ado-
ratione sit crux adoranda. suprà, Ado-
ratio. §. 7. similiter quomodo sancto-
rum imagines sint venerandæ, ibi. §.
sexta.

IMMUNDITIA.

IMMUNDITIA in effusione semi-
nis contra ius matrimonij volunta-
riæ, peccatum mortale est: quia Apo-
stolus dicit tales excludi à regno Dei.
Immunditia vero in emissione su-
perflii in vomitu, & similius ex-
gula procededentium, communites

v 4 est

IMPVBES.

IMPVDICITIA.

¹ est veniale, mortale autem, quando propter delectationem quis provocat se ad vomitum, nulla alia ratione, nisi ut iterum comedat: secundum Tabul. Videtur enim contra naturam turpiter agere, & notabiliter gulosus, vel quando exponit se periculo alicuius notabilis mali corporalis, vel spiritualis. Videtur enim tunc ponere ultimum finem in delectatione gulæ.

² IM M VND IT IA corporalis, quando quis immundè, & sordidè comedit, & viuit, peccatum est: quia refectioni dissolutat, sed communiter veniale. in rebus non sacris, in sacris vero si notabilis est, mortaliter agitur, quia diuina reverentia offenditur, & sub precepto prohibetur iure canonico, in capit. relinqui. de custo eu. supra, Corporalia. §. 5. Aduertant hinc fæcatores, vt in sacris, & præsertim in his, quæ circa missam sunt, vt immoderatam vivent.

IMMVNTIAS, suprà, Emunitas.

IMPEDIMENTVM, infra, Matrimonium.

IMPVBES.

¹ IMPVBES dicitur homo usque ad annum 14. completum in masculo, in femina usque ad 12. inclusuè. C. quando tur. vel cur. l. vlt. & quantum ad determinationem ecclesiæ. licet secundum naturalem dispositionem quandoque in tali ætate non sint apti ad generandum, & sic non dicerentur impuberes, vt in cap. puberes. de despon. impu. quia tamen in hac ætate communiter pubescere incipiunt, id est ecclesia sic statuit, & tunc possunt contrahere matrimonium, vt in cap. impuberes. &c. continebatur. de despon. impuber. non autem ante, nisi proximi essent puberrati, & malitia suppleret ætatem in c. de ilis cl. 1. co.

² IMPVBES testis esse non potest in maleficijs. ff. de testib. l. in testimonium, quantum ad plenam probationem, sed ad indicium potest examinati, & dictum eius est sufficiens

ad indicium, secundum Bartol. in l. talis. C. de his quibus ut indig. non tamen debet torqueri, licet soleat tereti, & habena, vel serula cridi. ff. ad Senatuscon. Sylleia. l. 1. §. impuberes. Nec possunt impuberes, & furiosi capitalem committere fraudem, id est, penam pro qua capite sint puniendi. ff. de ædil. edict. l. cum autem. Quamuis in aliis quibus ante hoc tempus incipiat pubertas, tamen hoc est tempus in iure decretum. Pubes namque propriæ lanugo est, quæ maribus in anno 14. in fœminis 12. circa pendenda nasci conuenit.

INANIS gloria, suprà, Gloria.

IMPIETAS.

¹ IMPIETAS, quia parætibus, & cõ sanguineis, & conciubibus debitum cultus subtrahitur, aut iniuria irrogatur mortale peccatum est ex suo genere, & valde graue, contra primum præceptum secundæ tabulae, & hoc si fiat animo nocendi, vel in honordi talium, vt talis est, nisi quando esset pro reminenda, & in primis mortibus animi. Si autem non sit animus despiciendi beneficium, patriam, parentes, vel huiusmodi, sed ex alia causa, tunc iudica mortale, vel veniale, secundum materiam, circa quam versatur impietas, & addé peccato maiorem gravitatem, sicut fit in peccato ingratiudinis, secundum Caetanum ibi. Pariter etiam peccatur cõ traspradicatos in omittendo ea, quæ quis exhibete tenetur.

IMPUDICITIA.

¹ IMPUDICITIA vitium est quando quis vacat actibus, tactibus, osculis, & amplexibus libidinosè, hoc est, causa delectationis sensibilis, quæ ibi sentitur, etiam si nullum opus aliud intendat, & si fiat a non coniugibus, mortale est, secundum Caetanum ibi. quia huiusmodi delectatio, ad generationem est ordinata, licet & exerciti actus venerei, & proprietatis nisi fiat propter generationem licitam, peccatum est, ob priuationem proprij finis, quia dicit Apostolus Gal. 5. quod impudicitiam agentes, regnum

